compelli te me tua dilectio ut.

Ut haec tibi frater dicere hic inter
esse contingat quibus nunc la- quis
bor durus est. EXPLICIT
AD HELIODORUM EXHORTATORIA

# EPISTOLA HIERONIMI PRESBI AD NEPOTIANUM PRBM DE INSTITUTIONE CLERICATUS OFFICIO

PETIS AME NEPOTIANE
CARISSIME LITTERIS
transmarinis et crebro
petis ut tibi brevi volumine
digeram praecepta vivendi.
Et qui ratione is qui saeculi mi
litia derelicta vel monachus coe
perit esse vel clericus rectum
Christi tramitem teneat ne ad di
versa vitiorum diverticula rapi
atur. Dum essem adules
cens immo paene puer et primos
impetus lascivientis aetatis
heremi duritia refrenarem scrib
si ad avunculum tuum sanctum heliodo
rum exhortatoriam epistulam ple
nam lacrimis querimoniisque
et quae deserti sodalis monstra
ret affectum; sed in illo opere
pro aetate tunc lusimus et calentibus
adhuc rethorum studiis atque doc
trinis quaedam scolastico flore
depinximus. Nunc iam cano
capite et arata ruga fronte et ad
instar boum pendentibus a mento
palearibus frigidus obsistit circum
praecordia sanguis; Unde et in alio
loco idem poeta canit; Omnia fert
aetas animum quoque; et post modicum;
nunc oblita mihi tot carmina
vox quoque moerim iam fugit ipsa;
quod ne de gentili tantum litteratu
ra proferre videamur. Divinorum vo
luminum sacramenta cognosce;
David annos natus LXX bellicosus
quondam vir senectute frigescen
te non poterat calefieri; quaeritur
itaque puella de universis finibus israhel
abisag sunamitis quae cum rege
dormiret et senile corpus calefa
ceret; Nonne tibi videtur si occi
dentem sequaris litteram vel figmen
tum esse de mimo vel atellanarum
ludicra? frigidus senex obvolvitur
vestimentis et nisi conplexu adules
centulae non tepefit; Vivebat ad
huc bethsabee supererat abigail
et reliquae uxores et concubinae quas
scriptura commemorat; Omnes
quasi frigidae repudiantur et in uni
us tantum grandaevus calescit am
plexibus; Abraham multo david
senior fuit et tamen vivente sarra
aliam non quaesivit uxorem.
Isaac duplices david annos habu
it et cum rebecca iam vetula numquam fri
guit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0125